Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



79

ultē presumeret ea cellulā ingrediare.
Sepe ex uicina silua uenientes ursi
ea comedere conabantur. Quos ille deprehensos fe
rula quā portare manu esueuerat cedebat.
Ante cuius uerbera inmanissime bestie ru
giebant et fugiebant. et que gladios uix
formidare poterant ex ei manu ictus feru
le pertimescebant. Huic studium fuit nichil in hoc
mundo habere nichil querere. omnis qui ad eum
cari — tatis causa uenicbant adeterne uite
desideria accendere studebat. Si quando autē
quē libet culpas agnoscebat. numquā abin
crepatione parcere. si amoris igne succensis
studebat in eos uehementer plinguā seuire. Con
suetudinē ex uicinis uel longe positis ei de lo
ci accolis fecerat. ut diebus certis per ebdomadā
unusquisque ei oblationes suas transmitteret.
ut esset quid ipse uenientibus offerre potuisset.
Quodā tempore possessor quidā catherus no
mine in mundo desiderio uiciis quandā seni
monialē feminā rapuit. sibique illicito matrimo
nio iunxit. Quod mox ut uir dei cognouit. ei
per quos potuit que fuerat dignus audire man
dauit. Cumque ille sceleris sui esceus timeret
atque aduirū dei nequaquam accedere presumeret.
ne forte hunc aspere ut delinquentes solebat